



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 71. Augustani conventus decretum de concilio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. num Numen funestis hisce malis reme-
A.C 1550. dium opposuit; quippe Osiander die se-
cunda Octobris Anno Salutis nostræ
quingentesimo quinquagesimo secundo
supra millesimum epileptico morbo cor-
reptus die decima septima ejusdem men-
sis anno ætatis suæ quinquagesimo quar-
to animam evomuit. Scripsit plurimæ
opera Theologica.

§. LXXI.

*Augustani Conventus Decretum de
Concilio.*

Sleid. comm. Interea alii in Germania excitabantur
l. 22. p. 807. tumultus, quibus Carolus V. obicem
Thu. l. 8. ponendo impar erat. Hic quidem uni-
p. 235. ce Principes Protestantes, ut Syno-
dum accederent, impellere intenderat,
hancque ob rem, priusquam comitia Au-
gustana solverentur, edictum promulga-
bat hujus tenoris: *Quia Religionis hoc*
tam grave dissidium, nulla ratione melius,
quam per generale, pius, liberumque Con-
cilium sedari potest: deinde, quia superiori
in Conventu Concilio se submiserunt Ordini-
nes, in eoque permanent, fixum hoc erit,
atque ratum, & quod etiam ipsius promisi,
studio & diligentia omni curabo, ut Ordi-
ne & recte omnia fiant. Cum autem ad om-
nes Orbis Christiani Provincias Pontificium
hoc diploma pertineat, equidem futurum ar-
bitror,

bitror, ut omnes Reges, atque dynastæ, sui Sæcul. XVI,
memores officii morem gerant, proque sua A.C. 1550.
virili parte tam pium opus adjuvent, quid-
quid etiam in eo me facere convenit, ut Ec-
clesiæ Advocatum & Conciliorum defenso-
rem decet, id præstabo: & quicunque ven-
turi sunt ad Concilium, sive Religionem mu-
tarint, sive non, iis, eorumque Legatis pub-
lica fide cavebo, ut ibi commorari, & quic-
quid ad eorum conscientiæ quietem pertinere
putabunt, in medium adducere, ac deinde
tuto ipsis domum redire comitatu publico li-
ceat: ad hæc, operam dabo, ut res tota,
pie & Christiane, semotis affectibus, juxta
sacram Scripturam & Patrum doctrinam
tractetur, & definitur, ut tam politicus,
quam Ecclesiasticus ordo reformatur, sub-
latis erroribus, atque falsis dogmatibus. In-
tra fines Imperii, vel in propinquo saltem
permanere, & tueri Concilium cogito, ut
ad optatum finem decurrat, ejusque fructus
ad omnes perveniat, & sit in primis Ger-
manice salutaris. Principes igitur omnes,
& Ordines, præcipue tamen Ecclesiasticos,
& eos, qui Religionem mutarunt, quique
conjuncti sunt Augustinæ Confessioni, de-
posco, & adhortor, ut Pontificium diplo-
ma secuti se comparent, & instrudi veni-
ant: ne post aut acceleratione nimia circum-
ventos, aut ad suæ caussæ justam explica-
tionem non se fuisse querantur admissos.
Nam, ut dixi, fidem eis præstabo, & ut

quan-

Sæcul. XVI quantum satis est, audiantur, efficiam.
A.C. 1551. Cum autem ibidem pariter de Augustano Decreto, quod *Interim* vulgo appellatur, sermo inspergeretur, ac non pauci diversas adducerent rationes, ob quas illud acceptare prohibebantur, hinc Imperator totum hoc negotium ad suam sollicitudinem revocavit, ut opportune providere posset.

§. LXXII.

Finis Augustani Conventus.

Sleidan. l. c. Quamvis Carolus Imperator Princeps
Thu. ut supr. esset rara sagacitate præditus, a Protestantibus tamen delusus videtur; cum enim Albertus Brandenburgicus, necnon Mauritius Dux, qui præcipua erant Protestantium capita, sibi plene Cæsaris pollicitatione satisfactum simularent, Cæsar eorum fidei sese committens copias conscribere, haud sollicitus fuisset, nec id re ipsa effectui dedisset, nisi nova ab eis injuria fuisset lacefitus; cum enim hi inter se statuissent, quod Cæsarem, nisi Landgravii libertatem alia via impetrare possent, ex insidiis obruere, eique bellum denuntiare vellet, hinc Carolus se nil ultra proficere posse, nec quicquam timendum esse credens comitia dissolvere decrevit, postquam alio Decreto sanxerat: „Ut ad